



De edificatione templi

**O**loriosa ac magnifica illustres viri de templo eiusq; fundamento ac edificatione scriptitant: p̄cipue diuin⁹ p̄pheta Ezechiel in vicesimo quinto anno trāsmigrationis. Qui est ann⁹ tricesimūtercius regni Nabuchodonosor in exordio anni decima die. Cū man⁹ dñi factu est sup eum: adductus est a spiritu in terrā isrl̄ sup montē excelsum. Ubi ostēdit ei edificationē ciuitatis ⁊ templi. Et cū hec visio obsecrissima sit nec aperta legentib⁹ de ciuitate mirabili in monte cū templo edificata sibi in spiritu ostēsa. Quāobrem p̄ pauca de forma templi p̄ figuras subiungere placuit. Quāq; certi doctores solum de spiritali edificio scilicet x̄po ac ecclesia intelligant: Victor tamē de materiali edificatione manifestauit: quod veteres hebrei ezechieli in visione imaginaria ostensum fuisse aiūt. Et in iam p̄scripta reedificatiōe post reditum de babilonia p̄ Zorobabel et Meemias fuisse impletum. Licet ceteri aduersa ponāt: moderniores tamē hebrei p̄ Messiam regnaturum cum magna potentia id futurū expectant. Figuras igitur templi per picturam talis edificij cum pauca scriptura videamus.

Prima figura edificij templi ostēsa ezechieli sup mōtem

Secūda figura ad facilius captendū



Sequentes due figure ornatū porte representāt

